

Petrus de Vinea

*Ep. V 136 (Occupatis nobis
circa totius nostrae...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 136 (Occupatis nobis
circa totius nostrae...)*

settembre-ottobre 1239

De commendatione regni Sycciliae et ordinatione iustitiae.

1. Occupatis nobis circa totius nostrae rei publicae curas et delitiosum nichil aut modicum ualentibus cogitare non sunt laborum addimenta sed requies, quae ad componendum statum Regni nostri Sycciliae cogitamus: utpote cum inter alia, quae iuribus nostris paternae successionis reliquerat debitum uel fortunae felicitas acquisitionibus postmodum aggregauit, Regnum ipsum prae ceteris uelut electum quidem uiridarium inter agros cura precipua colere disponamus.

2. Ad illud potissime satagentes, ut, eradicatis in totum amaritudinis fructibus et nociuis, in eo pacis et iustitiae robora sic affluenter sic prouide nutrentur, ut sit admirantibus omnibus similitudinis speculum, inuidia principum et norma regnorum.

3. Et cum statum pacificum populorum iustitia roboret et ordo decoret, ordinarium fore prouidimus ordinare iustitiam, quam copiose mandauimus Regni nostri fidelibus ministrari, ut non minus ordo quam copia sanctum et prouidum uoluntatis nostrae propositum preconizet.

4. Ad cuius consummationem cura perspicua laborantes, necessarium duximus, et cetera.